



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio tertia. Vtrum omne scandalum sit peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

ad hoc requiruntur, & ideo consecratio quae sit in professione religionis habet essentialiter annexum votum continentia: propter quod sicut non potest fieri quod semel consecratus deo per professionem religionis non maneat consecratus, sic non potest fieri quod post votum continentiae tali benedictione consecratus professor posset transferri ad contrarium actum matrimonii.

7 Quicquid de conclusione sit, ratio tamen non cogit. Quod enim dicitur in maiori quod illud est quod semel consecratus domino non potest fieri in aliis viis cōmutari, verum est pasim & indifferenter, potest tamē in causa pro magna utilitate vel necessitate: vnde David & qui cū eo erant comedenter panes domino consecratos, nec tamen peccauerunt, quia necessitas excusat eos, ut haberent. I. Regum. 21. Et hodie si quis laicus periculose futurum, nec habet in quo biberet nisi in calice consecrato, non peccaret si in eo biberet. Et si in talibus excusat necessitas personalis, fortiori ratione utilitas communis: & sic videtur dicendum in proposito & consecratus domino per votū continentiae solennitatem posset dispensari tradī ad matrimonium propter bonum cōmune. Quod etiā dicitur in minori & per solenne votum continentiae consecratus qui dominus posset dici & illi consecratus qui fit in sacri ordinis susceptione, & professio religionis omnino se habet extrinsecus & indistincte seu accidentaliter ad votū continentiae, & hoc ipsi concedunt de consecratione quae est in susceptione sacri ordinis. Idem etiā videtur de beneficio que est in professione religionis, quia ad professionem nulla beneficium ex necessitate requiritur, sed solum emisso voti in manu prælati: & quia si nulla adderetur beneficium vera esset professio, & quemque obligaret apud Deū & homines sicut habita beneficione, quemadmodum dicitur de eo qui manet in religione transacto anno probatiois, qui reputatur vere profetus absq[ue] beneficione aliqua: quando etiā beneficium additur, illa magis respicit votū obedientiae & continentiae, quia est beneficium habitus qui est signum & referentes similem habitu vivit in simili obedientia, propter quod videtur quod sicut potest dispensare in voto continentiae solennizato per susceptionem sacri ordinis, ita quando solennizatur per professionem religionis.

Vide Cate. 22.
g. 28. a. II.

8 Ideo potest alteri dici quod in voto cōtinentiae quae literung solennizato potest. Papa dispensatio propter bonum cōmune, si ex tali dispensatione debeat tale bonus provenire. Cuius ratio est, quia sicut dictum fuit à principio, huic dispensationi non obstat nisi excellētia materie, si non potest fieri recompensatio & solennitas adhibita. Primum non obstat, vt satis fuit prius declaratum, nec secundum vt amplius declarabitur, quare &c. Quod enim voti solennitatis non obstat quin tale votum sit dispensabile, paret considerando quid solennitas addat ad votum, addit enim solum perfectionem quandam accidētalem: sicut enim in sacramentis & ceteris rebus differunt ea quae sunt de necessitate ab his quae sunt de solennitate, ita & in votis, utrobius enim res est perfecta essentialiter exclusa solennitate, ita quod solennitas non addit, nisi quendam decorum accidentalem, vt superius plures dictum fuit in sacramētis: cū ergo vorum essentialiter sit promissio, ac per hoc quādam obligatio, quicquid obligationis est in voto, totum est ibi exclusa solennitate. Est autem in voto duplex obligatio. Una solennis promissio postquam res non debet alteri tradī, & hæc est in voto solenni. Alia est promissionis & traditionis rei promissie postquam res non potest alteri tradī, cum primus iam sit ad epris dominium rei, & hoc est in voto perfecto. Essentialiter enim perficitur vorum, cū sit quādā promissio in hoc quod res promissa traditur. Et ex hoc habet vorum quod dirimat matrimonium contractum, vt prius dictum fuit, etiam si nulla solennitas adderetur, qua quando additur nihil obligationis addit, sed solum quendam decorum. Ex quo potest sic argui: illud sine quo votum est essentialiter perfectum, nec addit voto aliquam obligationem non impedit quin in voto possit fieri aliqua dispensatio, sed solennitas voti est huiusmodi, vt declaratum est, ergo non impedit quin in voto continentiae quantumcunque solennizato posit dispensari.

9 AD primum arg. dicendum, quod sicut non est inconveniens post matrimonium cōsummatum alterū mori, &

Sancto Porciano

sic matrimonium dissoluī: & nihilominus si mortuus succidetur posset contrahere cum alia, prima manente, sic non est inconveniens & post matrimonium initiatum, & per ingressum religionis tanquam per mortē spiritualē solutum (si etiam religiosus per dispēlationem suscitetur ad vitam ciuilem) quod contrahat cum altera prima viuente, nec propter hoc habet plures vxores, sed unam tantum, quia cū prima fuit solutum matrimonium.

10 Ad secundum dicendum q[ue] intellectus decretalis est quod Papa non potest cū talibus dispensare, aut quia non potest pasim, & pro libite voluntatis, sed solum pro magnis causis, & arduis compensantibus votū continentiae solennis, aut quia non potest dispensare in istis, supposito quod religiosus maneat religiosus, quia hoc implicat contradictionē, sed ipse potest facere de religioso non religiosum, & per consequens in votis religionis dispensare, quam ad hoc exigit necesitas vel evidens utilitas ecclesie.

11 AD primum arg. alterius partis dicendum est quod continentia non potest vergere in periculum corporis, scilicet abstinentia: quia abstinentia est ab his quae directe pertinent ad conseruationem corporis, sed continentia est ab his quae pertinent ad multiplicationem speciei. Et ideo continentia non potest esse in periculum persone, sicut abstinentia, quia possum illi periculo per aliud remedium subveniri.

12 Aliud argumentum bene concludit propositum.

QVÆSTIO TERTIA.
Vtrum omne scandalum sit peccatum.

Tho. 2. q. 43.

D Einde queritur de scandalō. Primo vtrū omne scandalum sit peccatum. Et videtur quod non, quia nullum peccatum procedit ex pietatis affectu, quia non potest arbor bona fructus malos facere Mat. 7. sed aliquod scandalum videtur processisse ex affectu pietatis, illud scilicet de quo dixit dominus Petrus, scandalum mihi es, vbi dicit Hieronymus, quod error Apostoli de pietatis affectu veniens nunquam incentiu[m] videtur esse diaboli, ergo non omne scandalum est peccatum.

2 Item Mat. 15. dicitur quod Pharisei ex verbo Christi scandalizati fuerunt, sed Christus nunquam aliquod peccatum fecit, vt dicitur Pet. 2. peccatum non fecit vnum, ergo non omne scandalum est peccatum.

3 IN contrarium est quod dicit glost. Mat. 17. quod scandalum est dictum vel factum minus rectum praebens alteri occasionem ruinæ, sed omnis actus carens debita rectitudine est peccatum, ergo &c.

4 R E S P O N S I O. Videnda sunt tria. Primum est quid sit scandalum. Secundum est, an omne scandalum sit peccatum. Tertium est, an sit speciale peccatum.

5 Quantum ad primum sciendū est sicut Hiero. dicit (exponens illud Mat. 15. scitis, quia Pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt) scandalos Graecē, nos offendit, nem vel ruinam, vel impactionem pedis possumus dicere: obex enim quod aliqui ponunt in via corporali cui impingens disponit ad ruinam dicitur scandalum, similiter in processu via spirituali illud quo aliquis disponit ad ruinam spirituale dicitur scandalum, tale autem est verbum, vel factum minus rectum quo aliquis sua admonitione vel exemplo trahit alterum ad peccandum. Et ideo scandalum spiritualiter sumptum, est dictum vel factum minus rectum praebens alteri occasionem ruinæ, vt dictum est: & quia actus sumunt rationem ex obiecto, ideo ruina vel disponit ad ruinam sequens ex alterius dicto vel facto dicitur scandalum, sed paucum, primum verò actus dicitur. De quo sciendum est quod dictum, vel factum potest esse alteri occasio peccandi dupliciter, uno modo per se, alio modo per accidētē: per se quidem quādā aliquis intendit suo malo verbo vel facto alium ad peccandum inducere vel etiam si ipse hoc non intendat, tamen ipsum factum est tale quod de sui ratione habet, vt sit inductum ad peccandum, vt potest cum aliquis publicē facit peccatum, vel aliquid quod habet similitudinem peccati, & tunc ille qui hoc facit propriè dat alteri occasionem ruinæ, potissimum quādā hoc intendit, vnde vocatur scandalum actuum. Per accidētē verò verbum vel factum vnius est alteri causa peccandi

Lib. III. Distinctio. XXXVIII.

peccandi quando præter intentionem operantis & conditionem operis inducitur aliquis male dispositus ad peccandum, puta cum quis inuidet bonis aliorum, & rūc ille qui facit ralem actum rectum non dat alteri occasionem peccandi, sed alius sumit: & ideo hic est scandalum pastoriuum sine actiuo, quia ille qui recte agit non dat occasio- nem ruinæ quam alter patitur. Contingit ergo quandoq; quod simul sit scandalum in uno actiuo & pastoriuum in altero, puta cum ad inductionem vnius alius peccat, quā- dog; vero est pastoriuum sine actiuo, vt cum aliquis inducit aliun verbo vel factu ad peccandum & ille non cōscient; quandoq; vero est pastoriuum sine actiuo, vt iam dictum est & sic patet primum, scilicet quid sit scandalum, & qualiter distinguitur in actiuo & pastoriuum.

Tho. art. 2. **Q**uantum ad secundum scandolum est quod scandalum pastoriuum nunquam est sine culpa scandalizanti, nec actiuo sine culpa scandalizanti, sed pastoriuum quandoq; est sine culpa scandalizante, & actiuum sine culpa scandalizati. Primum patet: quia omnis ruina spiritualis est peccatum in eo qui ruat, sed scandalum pastoriuum est spiritualis ruina scandalizati, ergo est peccatum in eo. Secundum patet: quia omne scandalum actiuum vel est peccatum vel habet speciem peccati: si sic, habetur propositum, si vero non sit de se peccatum, sed habet de se speciem peccati, vt come- dere idoli olympos coram infirmis debet ex charitate dimitti ad caendum lesionem proximi, & qui non dimittit contra charitatem agit, sicut dicit Apostolus Rom. 14. Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas, ergo omne tale scandalum est pecca- tum in facientibus ipsum. Tertium patet ex dictis in primo articulo, quia quandoq; est scandalum actiuum sine pastoriuo & pastoriuum sine actiuo.

Tho. art. 3. **Q**uantum ad tertium dicendum quod scandalum pastoriuum nō est speciale peccatum, nec scandalum actiuum quando præter intentionem scandalizanti, quod pa- ter vñico medio: quia ex dicto & facto vñius contingit ruere alium in factum vel dictu simile, sed hoc potest esse in vitroq;, scilicet in principali agente & imitante secun- dum quodlibet genus peccati, nec est ibi specialis circum- stancia trahens ad determinatam speciem peccati, ergo scandalum pastoriuum & actiuum quod est præter intentionem agentis non est speciale peccatum: scandalum vero actiuum quando est ex intentione agentis est speciale pec- catum, quia quod opponitur speciali virtuti est speciale peccatum, sed scandalum actiuum cum procedit ex inten- tione agentis opponitur speciali virtuti, scilicet charitati prout imperat correctione fraternali, scandalizans enim intendit alium corrumpere, sicut corripiens alium emen- dare, ergo tale scandalum est speciale peccatum: & sic scandalizans duplicitate peccat, scilicet ex genere præi operis, & ex intentione peruersi finis.

3 AD. primum arg. dicendum quod scandalum non sumitur ibi propriè, sed largè præ quo libet impediri, volebat enim Petrus passionem. Christi impedit & ex quodam pietatis affectu non intendens, nec ex verbo suo inducens Christum ad aliquid illicitum, sed ignorans di- mitem secretum.

Ad secundum dicendum quod scandalum Phariseo rum fuit tantum tantum cui non respondit in Christo aliquod scandalum actiuum, & ideo ipsi peccauerūt non autem Christus.

QVÆSTIO. QVARTA.

Vtrum bona spiritualia sint dimittenda
propter scandalum.

Tho. 2.2. q. 43. art. 7.

Secundo queritur vtrum bona spiritualia sint dimis- tenda propter scandalum. Et videtur quod sic, quia Hieronymus dicit quod dimittendum est propter scandalum omne quod potest dimitti salua tripli virtute, scilicet vi- te, iustitia & doctrina, sed multa bona spiritualia posse sunt dimitti salua hac triplici virtute, sicut ad impletio- nes illiorum & largitio elemosynarum, alioquin semper pec- carent qui ista bona prætermitterent, ergo ista sunt pro- pter scandalum dimittenda.

3 Item doctrina sacra, correctio fraterna, punire delis-

Quæstio IIII.

384

ta sunt quedam opera spiritualia, & tamen sunt propter scandalum dimittenda, ergo &c. Minor patet de doctrina quod sit dimittenda propter scandalum, quia Mat. 7. dicitur: nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras spargatis ante porcos, ne conuersi corrumpant vos. Cor- rectionem etiam fraternalm dicit Aug. dimittendam propter scandalum, primo de ciui. Dei, similiter & punio pectorum dimittenda est vbi timetur schismatis pericu- lum, vt dicit Augustinus, in epistola contra Permantianum,

quæcunque vero est pastoriuum sine actiuo, vt cum aliquis inducit aliun verbo vel factu ad peccandum & ille non cōscient; quandoq; vero est pastoriuum sine actiuo, vt iam dictum est & sic patet primum, scilicet quid sit scandalum, & qualiter distinguitur in actiuo & pastoriuum.

Tho. art. 2. **Q**uantum ad secundum scandolum est quod scandalum

4 R E S P O N S I O. Quæstio ista locum non habet de scandalio actiuo, quia scandalum actiuum est dictu vel factum malum, vel habens speciem mali, sed bona opera spiritualia non sunt mala, quia iam non essent bona, nec habent speciem mali, cum pertineant ad necessitatem sa- lutis, vel ad eius perfectionem, ergo non possunt cu[m] scan- dalio actiuo fieri. Restat ergo vt loquimur intelligatur quæstio de scandalio pastoriuo. Et circa hoc videnda sunt duo. Pri- mum est an opera spiritualia sint dimittenda ne alias sca- dalizetur. Secundum est an bona temporalia sint dimis- tenda ei qui vult ea accipere vel non repentina ab eo qui iam habet, si timeatur eius scandalum.

5 Quantum ad primum scandolum est quod quedam bona spiritualia sunt de necessitate salutis, quae non pos- sunt prætermitti sine peccato mortali, alia vero sunt supererogationis. Prima nō debent prætermitti propter quodcu[m] scandalum, quia nullus debet peccare mortaliter, vt aliquis vult quodcumque peccatum, quia secundum ordinem charitatis quilibet tenetur plus sibi quam alteri, sed prima bona non possunt prætermitti sine peccato mortali cu[m] sint de necessitate salutis, ergo &c. Circa vero bona supererogationis, vt est ingressus religionis vel quæcumque alia que non sunt de necessitate salutis, distinguendum est de scandalio quod ex eis oritur, quia aut procedit ex malitia, vt cum aliqui dicunt se scandalizatos & in aliis scandalis suscitant ad impediendum talia bona, & hoc est scandalum Phariseorum qui de doctrina domini scanda- lizabantur Mat. 18. & Apostolus Rom. 9. & 1. Corint. 8. & tale scandalum contemendum est exemplo domini, nec propter ipsum aliquid bonum opus supererogationis est dimittendum. Et tale est frequenter scandalum propria- quorum carnalium de ingressu religionis, de quo Hiero- ad Eliodorum dicit. Licer in limine iaceat pater, per calca- tum patrem perge, & fixis oculis ad vexillum crucis euo- ia. Solum pietatis genus est in hac re crudelem esse. Quæ- doque vero scandalum procedit ex infirmitate vel igno- ranzia, ibi docet dominus vitare Mat. 18. & Apostolus Rom. 14. & 1. Cor. 8. & propter tale scandalum vitandum bona spiritualia quae non sunt de necessitate salutis vel sunt occulta, vel ad tempus differenda, quo usq; redditia ratione instruantur: alii quod non debent ex talibus scandalizari, sed potius adificari. Si autem post redditum rationem & debitam institutionem adhuc scandalum du- ret, iam videtur ex malitia procedere & non ex ignoran- tia: & tunc nihil de prædictis est propter tale scandalum dimittendum. & sic patet primum.

6 Quantum ad secundum distinguendum est: quia bona temporalia aut sunt nostra, aut sunt nobis commissa ad conseruandum, vt ea que sunt disposita, vel ad conser- uandum & dispensandu[m] pro communitate, sicut bona eccl[esi]æ committuntur prælatis & rectoribus reipublicæ. Si autem sunt commissa ad conseruandum vel disp[er]sandu[m], tunc propter nullum scandalum sunt dimittenda usurpa- tibus, sed sunt repetenda saluis debitis circumstantiis que debent in talibus obseruari. Cuius ratio est quia fidelis custodia & dispensatio talium incumbit his quibus com- missa est ex necessitate præcepiti, & ideo sicut præceptum non est omittendum propter scandalum, sic nec illud. Si autem sunt nostra, tunc sicut prius aut scandalum ori- tur ex malitia alicuius alienum volenti usurpare vel deti- nere.